

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIIT CONCILIVM TARRACONENSE DECEM EPISCOPORVM, ERA. XLIIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

- ix De clericis & hostiariis, q̄ adulteris mulieribus admiscantur, vt prohibeantur.
 x Vt nullus episcopus pro iudiciis muneribus accipiat.
 xi Vt monachus missus alicubi ministerium clericatus agere non presumat, nec

- negociator existat.
 xii Vt si episcopus intestatus obierit, inuentarium de rebus eius clerici faciant, & nullus exinde aliquid auferat.
 xiii Vt episcopus dioecanos p̄bros, & quosdam ex laicis moneat litteris conuenire.
 Expliciunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM TARRACONENSE DECEM EPISCOPORVM, ERA. XLIIII.



NOMINE CHRISTI HABITA SYNODVS Tarracone anno, vi. theodoric regis, consulatu Petri, sub die octauo idus Nouēbris, Antiquorū patrum statuta de his censuisse videntur, que in tempore aut ad illos relicta peruenerunt, aut acta certe testimonio proprio comprobauerūt, cuius rei & nos sequentes exemplum illa que nō sunt placuit obseruanda decernere, aut preterita absq̄ ambage custodiantur, & presentia hac obseruatione sint firma, Igitur cū in vnum pariter cōuenissemus in urbem Tarraconensem que est metropolitana obseruantissime fundata titulos superannexos conscripsimus obseruandos.

Capitulum secundum.

DE his quibus cura p̄perante proximitatem habere permittitur, vt ea cautela earum necessitates sustentent, vt pietatis beneficia que eis sunt necessaria a longius p̄beant. Ipsi vero pro visendis eis cū ingressi fuerint clericis salutatione recurrāt, nec ibi faciant mansionē, Qui tamen non ad earum visitationem pergunt testē solatiū sui fide & actione ante probatum adhibeant secum, Si q̄s hec a nobis statuta contempserit, si clericus est loci sui dignitate priuetur. Si vero religiosus vel monach⁹ in cella monasterii indusus penitētie lamentis incumbat, vbi singulari afflictione panis & aque victū ex abbatis ordinatione percipiat.

Capitulum secundum.

Canonum statutis firmatum est, vt quicumq̄ in dero esse voluerit, emendi vilius, vel vendendi carius studio non vtatur, Certe si voluerit exercere cohibeatur a dero.

Capitulum tertium.

Si quis clericus solidum in necessitate prestiterit, hoc de vino vel frumento accipiat, quod mercandi causa tempore statuto decretum est venundare, Ceterum si speciem nō habuerit necessariā, ipsum quod dedit sine villo augmento recipiat.

Capitulum quartum.

Vt nulli episcoporum aut presbyterorum vel clericorum, die dominico propositum cuiuscunq̄ cause negotium audeant iudicare, nisi hoc tantum vt deo statuta solemnia peragant, ceteris vero diebus cohibentibus personis illa que iusta sunt habeāt licentiā iudicandi exceptis criminalib⁹ negotiis.

Capitulum quintum.

Si quis in metropolitana ciuitate non fuerit episcopus ordinatus, postea quam suscepta benedictione per metropolitanū litteras honorem fuerit episcopi adeptus, id optimum esse decreuimus, vt postmodum statuto tempore, id est impletis duobus mensibus se metropolitanū suū presentet aspectibus, vt ab illo monitis ecclesiasticis instructus, plen⁹ quid obseruare debeat recognoscat, Quod si forte hoc implere neglexerit in synodo increpatus a fratribus corrigatur, Et si forte infirmitate aliqua (ne hoc impleat) fuerit impeditus, hoc suis litteris metropolitanō indicare procuret.

Capitulum sextum.

Si quis episcoporum cōmonitus a metropolitanō ad synodum nulla graui intercedente necessitate corporali venire contempserit, sicut statuta patrum censuerunt, vsq̄ ad futurum concilium cunctorum episcoporum charitatis communione priuetur.

Capitulum septimum.

De dioecanis ecclesiis vel dero id placuit definiri, vt presbyteri vel diaconi, qui inibi constituti sunt cum clericis septimanas obseruent, id est, vt presbyteri vnam faciant ebdomadam, qua expleta

succedat diaconus ei similiter ea cōditione seruata, vt omnis clerus die sabbati ad vesperam sit paratus quo facilius die dominico solemnitas cum omni presentia celebretur, ita tamen vt omnibus diebus vesp̄as & matutinas celebrent, quia desistēte clero (quod est pessimum) comperimus in basilicis nec luminaria ministrari, Si qui sane negligentie vitio hec implere noluerint, nouerint se secundum statuta canonum pro modo personarum canonice discipline subdendos.

Capitulum octauum.

A ¶ Multorū causa experientia magistrāte reperim⁹ nōnullas diocesanas ecclesias destitutas, Ob quā rem hac constitutione decreuimus, vt antike consuetudinis ordo seruetur, & annuis vicib⁹ ab episcopo dioceses visitentur, & si qua forte basilica reperta fuerit destituta, ordinatione ipsius reparari precipiatur, quia tertia ex omnibus antiqua traditione vt accipiatur ab episcopis, nouimus statutum.

Capitulum nonum.

B ¶ Si quis lectorum adultere mulieris voluerit misceri vel adherere consortio, aut relinquat adulterā, aut a clero habeatur extraneus, Simili sententia hostiariorum punietur lasciuiā.

Capitulum decimum.

C ¶ Obseruandum quoq; decreuimus, ne quis sacerdotum vel clericorū mmore secularium iudicium audeat accipere p̄ imp̄is patrociniis munera, nisi forte in ecclesiis oblata gratuita que nō fauore muneris videantur accepta sed collatione deuotionis illata, Qd si quesita p̄batur accipere, veluti exactor fenoris, aut vsurarum possessor secundum statuta patrum se nouerit degradandum.

Capitulum vndecimum.

D ¶ Monachi a monasterio foras egredientes ne aliquod ministerium ecclesiasticū presumant agere prohibemus, nisi forte cum abbatis imperio, Similiter vt nullus eorum, id est monachorum forēis negotiū susceptor vel executor existat, nisi id quod monasteriū exposcit utilitas abbate sibi nichilominus imperante, canonum ante omnia gallicanorum de his constitutione seruata.

Capitulum duodecimum.

E ¶ Siubi defunctus fuerit episcopus intestatus post defunctionem eius a presbyteris & diaconibus de rebus ipsius inuentariū fideliter cōscribatur a minimo vsq; ad maximū, i. de vtensilib⁹ vel omni supellectile, ita tamen vt si quis exinde vel presumpsisse aliquid vel occulte fuerit tulisse conuictus, secundum furti tenorem restituat vniuersa.

Capitulum decimum tertium.

F ¶ Epistole tales per partes a metropolitano sunt dirigende, vt non solū a cathedralibus ecclesie p̄bris verumetiam diocesanis ad concilium trahant, & aliquos de filiis ecclesie secularibus secum adducere debeant. Iohānes in christi nomine episcopus tarraconēsis ciuitatis constitutionibus a nobis cōscriptis subscripsi. Paulus in christi nomine episcopus subscripsi, & coepiscopus subscripsit, Fortunian⁹ subscripsi, Agricius subscripsi. Orontius subscripsi, Vincentius subscripsi, Vrsus subscripsi, Emidi⁹ subscripsi, Nibridius subscripsi.

¶ Explicit Tarraconense concilium.

INCIPIUNT CAPITVLA CONCILII GERVNDENSIS

Capitulum primum.

i ¶ Vt vnaqueq; puincia in officio vnum ordinem teneat.

vi ¶ Vt qui sine vxoribus ordinantur extraneas in domo non habeant.

ii ¶ Vt letanie post penthecostem a quinta feria vsq; in sabbato celebrentur.

xii ¶ De laicis qui viduā aut dimissam acceperint in clero non admittantur.

iii ¶ De secundis letaniis faciendis kalendis Nouembris.

viii ¶ De his qui publice penitentiam non accipiunt, sed tantū viaticū vt in clero p̄mo ueantur.

iiii ¶ Vt pascha tantū & pentecoste baptis̄mū detur excep̄is his q in languore consistunt.

ix ¶ Vt omnibus diebus horis vesp̄tinis & matutinis oratio dominica dicatur.

v ¶ Vt vnus diei infans si in discrimine est baptizetur.

¶ Expliciunt capitula.

INCIPIIT CONCILIVM GERVNDENSE ANNO SEPTIMO THEODORICI REGIS SEPTIMO IDVS IVNII AGAPETO III. CONSVLE.

Capitulum primum.

Vt institutio



VT INSTITVTIO MISSARVM SICVT IN METROPOLITANA ecclesia agitur, ita in dei nomine in omni tarraconensi prouinciata ipsius misse ordo, qua psallendi, vel ministrandi consuetudo seruetur.

Capitulum secundum.

Vt expleta solennitate pentecostes in sequenti septimana a quinta feria in sabbatum per hoc triduum abstinentia celebretur.

Capitulum tertium.

Item secunda letania facienda est kalendis Nouebris ea tamen conditione seruata, vt si iisdem diebus dominica intercesserit, in alia ebdomada secundum prioris abstinentie obseruationem a quinta feria incipiat, & in sabbato vespere missa facta finiatur quibus tamen diebus a carnibus, & vino decreuimus abstinendum.

Capitulum quartum.

De catechuminis baptizandis id statutum est, vt in pasche solennitate, vel pentecostes ad baptizandum veniant, Ceteris solennitatibus infirmi tantummodo debeant baptizari, quibus quocumque tempore conuenit baptismum non negari.

Capitulum quintum.

E De paruulis qui immaturo utero editi sunt placuit constitui, vt si infirmi (vt assolent) fuerint & lac maternum non appetunt, etiam eadem die qua nati sunt (si obliti fuerint) baptizentur.

Capitulum sextum.

F De his qui sine vxoribus ordinantur & familias domus habent, habito secum pro vite conuersatione patre in testimonium non per quacumque femine sexus personam eorum substantia gubernetur, sed per puerum, aut per amicum domum suam debeat ordinare, nisi matrem, aut sororem in domo habuerint, vt secundum priorum canonum statuta per earum personas eorum debeat contutari substantia.

Capitulum septimum.

G Si quis de laicis post uxorem aliam cuiuscunque conditionis cognouerit mulierem, in clero nullatenus admittatur.

Capitulum octauum.

H Is vero qui egritudinis languore depressus penitentiae benedictionem quam viatico deputamus per communionem acceperit, & post modum recoualescens caput penitentiae in ecclesia publice non subdiderit, si phibitis vitis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

Capitulum nonum.

I Id semper placuit obseruari omnibus diebus, vt post matutinas & vespertas oratio dominica a sacerdote proferatur, Iohannes in christi nomine episcopus subscripsi, Fortunianus episcopus subscripsi, Paulus episcopus subscripsi, Agricola episcopus subscripsi, Emidius episcopus subscripsi, Nibridius episcopus subscripsi, Orontius episcopus subscripsi.

Explicit concilium Gerundense.

INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII CESARAVGVSTANI.

- | | | | |
|------|--|------|---|
| i | V t femine fideles a virorum clericorum cetibus separentur. | v | V t qui a suis episcopis comunione priuantur ab aliis non recipiantur. |
| ii | V t diebus dominicis nullus ieiunet, nec diebus quadragesime ab ecclesia se absentet. | vi | V t clericus qui propter luxum monachus voluerit esse excommunicetur. |
| iii | V t qui eucharistiam in ecclesia accipit, & ibi eam non consumit anathematizetur. | vii | V t doctoris sibi nomen quis non imponat, cui concessum non est. |
| iiii | V t tribus ebdomadis que sunt ante epiphaniam ab ecclesia nemo recedat. | viii | V t ante quadraginta annos sanctimoniales virgines non velentur. |

Explicit capitula.

INCIPIT CONCILIVM

CESARAVGVSTANVM DVODECIM EPISCOPORVM. VARTO NONAS OCTOBRIS CESARAVGVSTANO



sta in secretario residentibus episcopis, siradio, delphino, raticio, ampelio, augestio, lucio, italio, splendino, valerio, simplosio, caterio, & italio ab vniuersis dictum est, Recitetur sententia, lucius episcopus legit.

Capitulum primum.

L **V**t mulieres omnes ecclesie catholice fideles a virorum alienorum lectione & cetibus separentur, ne ad ipsas legentes alii studio vel docendi, vel discendi conturbentur.

F.iiii.